



# VITA GABRIELIS BIEL

EX IOANNIS TRITTENHEMI  
Abbatis Sphanhemensis de scriptoribus  
Ecclesiasticis libro.



GABRIEL BIEL natione Theutonicus ordinis  
corum, qui se fratres de communi vita, vel in com-  
muni viuentes appellant. Vir in diuinis scriptu-  
ris eruditus, & in seculari philosophia egregie do-  
ctus: ingenio excellens: vita, & conuersatione pre-  
clarus, qui gymnasio Thubingensi ab exordio suae  
institutionis prae fuit annis multis: ubi tam in phi-  
losophia, quam in sacris literis multos discipulos  
erudiit. Scripsit quaedam non spernendaæ auto-  
ritatis opuscula, quibus nomen suum notificauit: Scilicet.

In Canonem Missalib. i.

Super quatuor Libros sententiarum.

Sermones de tempore totius anni.

De Passione Domini lib. i.

De Festis Christi lib. i.

De Beata Virgine lib. i.

De Sanctis lib. i.

Clarius senex, prouectaqueq; etatis apud Ducem Vuitembergen. maximo in  
pretio: sub Maximiliano Romanorum rege: & Alexandro Papa sexto.  
Anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimoquarto.